

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV

Weidenfeld, Johann S.

Londini, 1684

28. Spiritus salis dulcis Basilii

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-96282)

28. Spiritus falis dulcis Basiliï,
Lib. Partic. sub sulphure solis & Rep. 1 2. clav.

Re. **S**piritus falis optimè dephlegmati partem unam, spiritus Vini optimi optimè dephlegmati, sive sulphuris Vini confecti, ut dicam inferius (*cujus descriptionem modò habuimus in antecedentibus*) partem semis, apposito alembico bene lutato destilla fortiter, ut nihil remaneat, adde destillato alteram partem semis spiritus Vini, & destilla, idque repete tertio, putrefac per 15. dies, vel donec fiat dulcis, quod fiet in balneo leni, ita habebis spiritum falis & vini absque omni corrosione, pro extractionibus.

Verum-enim-verò licèt menstruum hoc suas mereatur laudes, at tamen haud hujus generis mēstruis annumerari potest, ubi non de spiritibus acidis, sed salibus fixis tractamus, considerabitur itaque ceu appendix falis circulati, ad cujus elucidationem non parùm faciet.

Ex Receptis observamus.

1. *Per Aquam vitæ vel spiritum Vini, adeptos minimè intellexisse Aquam ardentem vulgi, sed philosophicam, nam ardens aqua communis nunquam præstabit, quod desideratur in Receptis; & concesso, quod videatur præstare, menstrua tamen sic confecta, adeptorum non forent, sed communia, nullius valoris in chymia secretiori.*

2. *Basiliium aliquando quidem Aquæ ardenti communi usum fuisse pro mēstruis suis, sed nunquam per se, verùm sale harmoniaco vegetabili, vel sale Tartari phil. (id est spiritu Vini phil.) volatilifato, commixtâ, quod sal, medio hujus spiritus in liquidam substantiam redactum, menstruum suum est, nam spiritum vini com. vel per flammam vel calcem vivam iterum inde separat.*

3. *Menstrua hæc eò fieri fortiora, quò major falis harmoniaci quantitas spiritui vini phil. conjungatur, unde menstrua Basiliiana hujus generis, à quibus tota Aqua ardens communis separatur, inter optima veniunt numeranda,*

4. Men-

4. Menstrua hæc esse salium fixorum magisteria, à Paracelso Circulata minora, sive Arcanum alcali Tartari, Fabarum, Absinthii; itidem Salis com. Aluminis, Nitri, &c. dicta.

5. Adeoque menstrua hæc esse medicamina.

6. Menstrua hæc variis & diversis posse confici modis, hæc ex salibus harmoniacis Lullii, per modum Circulatorum Paracelsi; & vice versa, modò alcalia vel salia fixa volatilifentur & destillentur unà cum Vini phil. spiritu per alembicum.

7. Spiritum vini phil. non facile hisce salibus commisceri, sed per certos gradus; primò ex his extrahit Tincturam vel animam, id est, partes magis unctuosas, quæ postea utpote cæteris volatiliiores facillè destillantur in Tincturam volatilem, vel (phrasi Lulliana) in spiritum animatum; deinde Terra residua, eadem operâ jam fixata, volatilifatur iterum absorbendo dictum spiritum animatum per vices, & sublimatur in sal harmoniacum.

8. Salia harmoniaca hæc igni satis violento sublimari.

9. Salia hæc harmoniaca dici ob suæ mixtionis harmoniam, vel perfectionem. Sic habes, inquit Lullius, formalem mixtionem armoniacam omnium elementorum, quare non mireris, si eum salem Armoniacum appellamus. Nam sic vocatur propter ejus exaltatam & sublimatam proprietatem puram & primam materiam Naturæ. Libro Mercurior. pag. 155.

10. Sal Tartari volatile, sal volatile Absinthii, Cardui benedicti, &c. sal volatile com. (sal enixum dictum à Paracelso) rectè dici salia harmoniaca, Mercurios vegetabiles philosophicos, & Naturæ sulphura, &c.

11. Spiritum salis, nitri, vitrioli, aquam fortem cobobando unà cum spiritu vini phil. feri dulces.

VI. Genus